

PAVLI IOVII
NOVOCOMENSIS

EPISCOPI

Nucerini historiarum
sui temporis

TOMVS PRIMVS.

*Accessit verum Turcicarum Commentarium
eiusdem Iouij ad finem operis, ex
Italico Latino factus.*

Indicem præterea rerum ac verborum me-
morabilium copiosissimum singu-
lis tomis adiecimus.

VIRTUTE DVCE,



LVGDVNII
APVD HAERED.
GRYPHII,

1561.

*Can. 2. Cap. 2. num. 5.
Zf.*

3



A N D R E A S

A L C I A T V S

PAVLO IOVIO

S. D. P.

EX LITERIS tuis tertio Ca-
len. Septembris Romae datis, tuam
erga me benevolentiam mirificè
confirmatam perspexi, quum ra-
tionum tuarum, & suscepti consilij decretum
benignè commanices. Scribis enim te gravi in-
iuria permotum, Urbe (quod nunquam fieri
posse putar am) propediem excessurum, ne diu-
tius accepta contumelia deformis testis in ea
aula specteris, in qua per multos annos (Ut
mihi videtur) cum aurea mediocritatis bonis
planè beatus, tum studiorum tuorum autho-
ritate clarus hætenus fuisti. Mirum profectò
videri potest, quòd tibi doctrina ac ætatis ho-
nore maiora promerito, in petitione Pontifica-
tus patriæ tuæ Paulus Pontifex quendam præ-
tulerit. At quem hominem? qui Comi neque
natus, neque unquam visus sit, & qui (sicut
a a a mult



PAVLI IOVII
NOVOCOMENSIS

E P I S C O P I

Nucerini Historia-
rum sui tem-
poris

LIBER PRIMVS.

QUIESCEBAT terrarum or-
bis nullis bellorum procellis agi-
tatus, ac in primis Italia quas-
sata paulò ante intestinis malis
optima pace florebat, quem bellum opinione
hominum maius ac atrocius in Italia exar-
sit, quod postea Europam non modò omnem,
Verum Asia atque Africa longinquas par-
tes concussis ubique vel euersis clarissima-
rum gentium imperijs, paucorum annorum
curriculo perturbauit. Quin & peruagata
quoque est eadem fatalis bellorum lues quic-
quid terrarum Oceano alluitur, incognitosq;
antea populos nobis aperuit, ad quos neque Ro-
mana